



## Universitätsbibliothek Paderborn

### V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Opera Omnia Ascetica

Aucta Duobus Opusculis De Effectibus, Fructu, Et Applicatione Sanctissimi  
Missæ Sacrificii, Et De Sublimitate Perfectionis Religiosæ. Catalogum  
Tractatum Asceticorum Omnium Vicina Post Dedicationem Pagina  
Indicabit

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Jesus Passus Per Centuriam  
Modorum Meditandi passionem Salvatoris nostri illustratus; cui  
accesserunt Meditationes In Passionem Domini XLVI. - Juxta numerum  
dierum Quadragesimæ

**Družbicki, Kaspar**

**Ingolstadii, 1732**

**VD18 90066405**

54. Considerando Patientem Christum collatum eidem Christo gloriose.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45427**

Hunc in modum totam Christi Passionem invenire est apud Hieremiam Prophetam, vel in solis quatuor capitibus Threnorum ejus hunc in modum verbis historiæ Evangelicæ Hieremias dat admirabilem interpretationem atque lucem: vicissimque eandem ab Historia Evangelicar ecipit.

Hunc in modum ex omnibus Sacræ paginæ veteris testamenti textibus, conflari posse uberrima Historiæ Passionis Christi Domini, non solum prædictio, verum etiam explanatio, & elucidatio: & meditationum affectuumque devotissimorum uberrima farrago. Cujus specimen aliquod dedisse satis est; nam id pluribus agere, præsentis instituti non est.

## MODUS LIV.

**Q**uinquagesimus quartus meditandi Passionem Domini nostri, modus esse potest, per comparationem gratia. Potest quis per totam feriem Dominicæ Passionis pergendo experire quas & quantas glorias pro singulis doloribus & injuriis nunc in Cœlo habeat. Quen

*Job. 36. 17.* in sensum cadit illa Sancti Job sententia. *Cupi tua quasi impii judicata est: causam & judicium recipies.* Expressius porro id ipsum loquuntur *Isa. 53. 10.* est Isaias. *Si posuerit pro peccato animam suam*

vide  
man  
ma  
justi  
quit  
plur  
traa  
tis r  
min  
tiati  
seme  
tem  
illum  
nom  
lestiu  
gua  
glor  
in m  
Jesu  
coro  
tion  
ribu  
titu  
& in  
con  
illasi  
nere  
etare  
parte  
nore

videbit semen longævum, & voluntas Domini in manu ejus dirigetur. Pro eo, quod laboravit anima ejus, videbit & saturabitur, & in scientia sua justificabit ipse justus servus meus multos, & iniqüitates eorum ipse portabit. Ideo dispertiam ei plurimos, & fortium dividet spolia, pro eo quod tradidit in mortem animam suam, & cum sceleratis reputatus est. Paulus quoque Apostolus non minus copiose & signanter hanc ipsam sententiam exprimit, dicens inter alia. *Humiliavit Philiipp. 2. 8.*  
*semetipsum, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis: propter quod & Deus exaltavit illum: & donavit illi nomen, quod est super omne nomen: ut in nomine IESU omne genu flectatur, cælestium, terrestrium, & infernorum: & omnis lingua confiteatur, quia Dominus IESUS Christus in gloria est Dei Patris.* Et rursus ait: *Dum autem, in modico quam Angeli minoratus est, videmus IESUM propter Passionem mortis, gloriâ & honore coronatum.* Rectè ergo potest quis in meditatione Dominicæ Passionis contraponere laboribus Christi præmia ejusdem: doloribus beatitudines, injuriis honores, ignominiis glorias: & in illis quidem Christo compati in his autem congaudere: de illis tristari, has verò, gratulari: illas sibi ad imitandum degustandumque propone & assumere: has autem sperare & exspectare. *Si enim compatimur & conglomerabimur. Rom. 8. 17.*

*Hebr. 2. 8.*

Potest etiam quis Passiones Domini una ex parte recolens, ex altera eundem gloriâ & honore circumdatum considerans: variis & sublimibus

mibus modis ad Christum utroque in statu affi-  
ci: maximè autem & potissimè Patienti & oppro-  
briis saturato adglutinari, & eum talem eidem  
ipsi gloriose & beato quodammodo Christi  
Patientis cum eodem Gloriose & in Cœlo re-  
gnante: ita ut dolores ignominiaeque illius in  
Passione, cum gloria, potestate, & excellenti-  
eiusdem in beatitudine collata, multam medi-  
tanti varietatem, piissimorum, tum affectum,  
tum profectum, suppeditent. Exempli do pro-  
ferre: salubrioremque & conventiorem profi-  
ctui suo pro hujus præsentis vitæ statu decernere  
& pronuntiare. Etenim revera hic ordo esse  
debet in amore, possessione, conformatio-  
neque Christi. Ut nimur prius patienti, de-  
inde gloriose afficiamur: & per conformita-  
tem consortiumque crucis ejus, gradum facia-  
mus ad consortium conformitatemque gloria  
ejus. Hinc est Pauli illud dictum. *Mibi autem  
ab sit gloriari, nisi in cruce Domini nostri IESU  
Christi, per quem mihi mundus crucifixus, &  
mundo, propter quem omnia detrimentum feci, &  
arbitratus sum ut stercora, in quem sensum alii  
sæpius loquuntur. Significans beatitudinem  
vitæ consistere in tolerantia crucis: Patri vero  
in Possessione æternæ felicitatis.* Atque eodem  
spiritu Chrysostomus sine dubio abundans, ad-  
det dicere, se malle cum Christo esse in cruce,  
quam cum eodem in Cœlo, nimur pro con-  
venientia præsentis statu, cui labor competet  
non autem præmiorum receptio: ut proinde  
beatior sit ille, qui in præsenti vita, cum Christo  
& po-

*Gal. 2.18.*

& pro Christo passionibus laboribusque atteri-  
tur, quām qui otio, quiete, solatiisque etiam  
spiritualibus, recreatur. Hoc enim hujus  
vitæ non est, in qua homo natus est ad laborem,  
ad mercatum, ad negotiationem, ad certamina,  
ad cursum, non autem ad mercedem, ad prœ-  
mia, ad quietem. *Neque enim electis suis* ( ait Gregor. lib.  
Gregorius ) *in hac vita Deus promisit gaudia de-* 9. Epist. 29.  
*lectationis, sed amaritudinem tribulationis, ut me-*  
*dicinæ more per amarum poculum ad dulcedinem*  
*salutis æternæ redeant.* Sed his immorari nihil  
attinet, cūm sint vitæ Christianæ elementa,  
nulli prorsus ignoranda, nulli negligenda.  
Comparationis hujus, de qua hic sermo, & in  
qua modus præsens meditandi statutus est: ali-  
quod paradigma proponere forsitan operæ pre-  
mium erit, ut facilius considerationes & affe-  
ctiones congruae à meditantibus excitari  
possint. Sit ergo Paradigma pri-  
mum.

Chri

3: Dux  
Gick  
per: Will  
Tome III  
N 5 8

*Christus in Passione.*

1. Christus in horto tristis & pavens.

2. Christus orans & prostratus in faciem suam.

3. Christus in agonia sudans sanguinem.

4. Christus venditus & osculo traditus captus.

5. Christus ante tribunalia & Judices res.

6. Christus illusus, velatus, consputus, colaphisatus.

7. Christus nudatus, & ligatus ad flagella.

8. Christus flagellis concisus.

9. Christus dolorum & contumeliarum Rex, spinis coronatus.

10. Christus illusoriè adoratus in purpura.

11. Christus Barabbæ postpositus.

12. Christus damnatus ad crucem.

13. Christus bajulans sibi crucem in monte.

14. Christus felle & aceto potatus.

15. Christus crucifixus inter latrones.

16. Christus orans pro hostibus & crucifixoribus.

17. Christus Sitiens.

18. Christus latroni dans Paradisum.

19. Ch

Christus in Gloria.

Christus in Cœlo lætitia Angelorum & Sanctorum.

Christus in Cœlo faciens voluntatem timentium se.

Christus in Cœlo agonotheta & confortans.

Christus in Cœlo solvens compeditos; Merces magna nimis.

Christus habens potestatem in Cœlo & in Terra; Judex vivorum & mortuorum, habens claves vitæ & mortis.

Christus in Cœlo, cui adstat exercitus Angelorum, & in quem desiderant Angeli prospicere.

Christus amictus luniine, sicut vestimento.

Christus regens populos in virga ferrea.

Christus in Cœlo: & in capite ejus diadema multa, habens scriptum in femore Rex Regum, Dominus Dominantium.

Christus in Cœlo adoratus, à viginti quatuor senioribus dicentibus: Dignus est Agnus, qui occisus est, accipere Divinitatem, &c.

Christus excelsior Cœlis factus, electus ex millibus.

Christo tradita sunt omnia à Patre: & accepit nomen super omne nomen, ut in nomine IESU omne flectatur.

Christus portans cuncta verbo virtutis suæ, in dextera ejus longiturnitas vitæ, gloria & divitiae in domo ejus.

Christus torrente voluptatis potatus & potans suos, ducensq; illos ad vitæ fontes aquarum.

Christus sedens ad dexteram Patris, ubi millia millium ministrant ei.

Christus habens inimicos suos, positos scabellum pedum suorum.

Christus fons aquæ vivæ.

Christus Pater futuri Iæculi.

Chri-

Dicitur  
Basti  
per: uero  
Tomus III  
N: V  
58

- Christus in Passione.*  
 19. Christus à Patre derelictus in Cruce.  
 20. Christus animam Patris manibus tradens

## 21. Christus mortuus.

Christus sepultus.

Liber etiam addere Paradigma secundum  
*Abjectissimus. Abiectio plebis.*  
*Blasphemus & Blasphematus.*  
*Contumeliis & calumniis affectus.*  
*Dolorum vir; derelictus ab omnibus.*  
*Exterminatus, execrabilis.*  
*Fœdissimus, factus in derisum & canticum omnium.*  
*Gravis etiam ad videndum.*

Homo humiliatissimus, humiliis corde,  
*Illusus, injuriis saturatus.*  
*Latronibus annumeratus.*

Miserrimus. Maledictum pro nobis factus.  
*Negatus, ad nihilum redactus.*  
*Odio habitus, opprobrium hominum.*  
*Parvulus in gentibus, percussus à Deo.*  
*Rex Dolorum.*  
*Seditiosus, scandalosus à Sathanā infessus.*

Tentatus per omnia, absque peccato.

Vermis & non homo. Vulneratus proprie  
*peccata nostra.*  
*Zelo Domini Dei consumptus.*

*Christus in Gloria.*

Christus unigenitus in sinu Patris: ipse in  
Patre: & Pater in illo.

Christus in dextera sedentis super thronum,  
Liber scriptus intus & foris, signatus sigillis se-  
ptem: idemque accipiens librum, solvens signa-  
cula ejus.

Christus semper vivens ad interpellandum  
pro nobis.

Christus Rex sacerorum immortalis, invisi-  
bilis, solus Deus, ipsi gloria in saecula.  
hujus collationis atque Modi.

Altissimi Filius. Altissimus.

Beatissimus. Benedictus Deus.

Candor lucis æternæ.

Deliciæ Patris, dignissimus Deus.

Excelsior Cœlis factus.

Felicissimus: Felicitas æterna Sanctorum.

Gloriosissimus & Rex gloriæ, in quem desi-  
derant Angeli prospicere.

Honorificentia populi Dei.

Iesus Christus, qui est in gloria Dei Patris.

Legifer noster, in manu ejus ignealex. Lu-  
cem habitans inaccessibilem.

Majestate & misericordia ejus, plena est terra.

Natus ante saecula: ante omnem creaturam.

Omnipotens nomen illi.

Pater futuri saeculi: Princeps Pacis.

Rex sacerorum, cuius Regni non erit finis.

Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus  
Sabaoth.

Traditahabens à Patre omnia. Totus deside-  
rabilis.

Vivens semper ad interpellandum pro nobis.

Vita æterna in voluntate ejus.

Zelans & Zelotes Deus.

V. P. Druzb. Op. VIII.

X

Ecce

Dominus  
Gloria  
Ierusæ  
Tomus II  
No 58

*Ecce talis est dilectus meus ex Dilecto. Dilectus  
meus candidus in vita, rubicundus in morte, ele-  
ctus ex millibus, totus desiderabilis. Talis est dilectus  
meus, ipse est amicus meus.*

Christum ergo in Passione & in Gloria diversum atque eundem considerans, anima, vana (ut supra dixi) affectionum generibus, prole qui, complecti, exaltare potest: sed ni fallor erit utilissimus affectus, si patientem intentum pro hac vita, glorioso regnante præulentem præente hac in parte sibi Beato Bernardo, ac loquente.

Bernard.  
serm. 1. in  
Epiphania.

[,, Ecce quasi saccum plenum Misericordia, „suâ misit in terram: Saccum inquam in Passione „concidendum, ut effundatur quod in eo latet „premium nostrum. Saccum utique et si parvum, sed plenum. Parvulus siquidem datus est nobis sed in quo habitat plenitudo temporis, venit & plenitudo Divinitatis. Venit in carne, ut vel carnalibus exhiberetur: ut apparente humanitate, benignitas agnosceretur. In quo enim magis commendare poterat benignitatem suam quam suscipiendo carnem meam. Meam inquam, non carnem Adam: id est, non qualiter ille habuit ante culpam. Quid tantopere de Nostri claret ejus misericordiam, quam quod ipsius suscepit miseriam? Quid ita pietate plenum quam quod Dei Verbum propter nos factum fænum? Domine quid est homo quia repudiat eum, aut quid apponis erga eum cor tuum? Hic attendat homo quanta sit cura ejus Dei: hinc sciat quid de eo cogitet, aut quid senserit. Non interroges o homo ea quæ pateris, sed affici passus est ille. Quanti te fecit, ex his quæ pertinari.

te passus est agnosce, ut apparet tibi benignitas ejus ex humanitate. Quanto enim minor rem se fecit in humanitate, tanto maiorem exhibuit in bonitate: & quanto pro me vilius, tanto mihi charior est. Hucusque Bernardus egregie ab excessu humiliationis Christi Domini, tum miserationis ejus erga nos redundantiam, tum nostrae in eum propter hoc affectionis tenerimam ubertatem, uberrimamque teneritudinem decerpens. Christus siquidem in passionibus suis nobis propriissime bonus, nobis impensus, & in commodum nostrum effusus est, at verò in Gloriis & Honoribus, suus quodam modo magis est quam noster: & exaltatio ejus magis illi ipse quam nobis commodat: quocirca mirum non est, si amplius & tenerius in patientem quam in gloriosum secundum hujus vitæ statum ferimus atque afficimur. Misericordia enim miseris plus placet, quia etiam plus prodest.

Accedit, quod inter nostras & Christi Domini miseras sit una permagna differentia, ob quam necesse est aliter longè nostras, aliter verò Christi Domini miseras, & sentire & estimare. Nostræ siquidem miseriæ, nihil aliud sunt nisi miseriæ; at verò miseriæ Christi, sunt ejusdem maximæ super nos & saluberrimæ nobis misericordiæ, quibus ab infinitis, hoc est, ab omnibus miseriis nostris, divinâ prorsus charitate sese in nos evicerante, liberamur atque sanamur. Dignum est ergo nos miseriis Domini tanquam miserationibus nostris summa cum teneritudine, sed affici, summa cum appretiatione earum adglutinari. Tantò enim ab hominibus dignius honoran-

*Greg. bonil.  
6. in Evarz.*

norandus est Deus, quanto pro misericordiis hominibus etiam indigna suscepit. Et omnia quae firmissima sunt salvatoris nostri, tanto magis ambire estimareque convenit, quanto & magis infirmi esse noscimur. Plus enim ibi sumimus sanitatis nostræ, ubi amplius Redemptor nostrum infirmitatis & dignationis subtiliter reperimus pro nobis. Magna quippe Salvatoris nostri infirmitas, magna etiam est infirmitas nostræ sanitatis: & ibi est maxima nostra exultatio, ubi maxima est Salvatoris nostri humilitas, atque dignatio. Quare manifestum est posse, & debere nos ejusmodi affectu & sententi affici erga Christum positum in Passione, & eiusmodi, affici nos non convenit erga eundem positum jam in Beatitudine.

## MODUS LV.

**Q**uinagesimus quintus meditandi Passio nem Dominicam modus esse potest, varias animi nostri affectiones, quas ipsius Passionis consideratio in considerante necessariis non fructuosè, simulque ad Domini placitum pergrate excitat. Sufficiet enumerare in loco septem præcipuas: quas desumo à P. nostro Francisco Costero: positas ab ipso expatasque in Præfatione ad suas de Passione Dominicana meditationes. Ait igitur ille, septem affectiones posse in nobis per Passio Domini concitari.

*Costerus*      *Prima est Compassio*, hoc est animi affectus  
*Praf. in Med.* quâ patienti condolemus, ejusque dolores quod  
*de Pass. Dom.* in nos transferimus, & eos si non corporeum animo sentimus: eaque affectione vide